REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 89r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



quanto magis uel amplius data fuerit tanto magis abundat. Sapi
entia dando largior fit retinendo minuetur. Largiendo redun
dantior est scientia. Et dum plus confertur plus abundat uer
bum tamen precedant opera. Quę ore promis opere adimple. Quę
uerbis doces exemplis ostende. Esto non solum magister sed imita
tor uirtutis. Si doces & facis tunc gloriosus habeberis. Non enī
satis est laudare quod dicis nisi dictis facta coniunxeris. In doctri
na ipsa ab humana laude tempera; sic instrue alios ut te custodias.
Sic doce ut humilitatis grām non amittas. Caue ne dum alios docendo
erigis ipse laudis appetitu demergaris. Cum aut̄ doces noli uerbo
rum obscuritate uti. Ita dic ut intellegaris. Nec simplicibus loquen
do despicias. Nec prudentes offendas. Iuxta sensum audientis erit
sermo doctoris. Scd̄m mores ē inpertienda doctrina. Iuxta uulnus
adhibenda remedia. Varię uoluntates diuersam disciplinam desi
derant. Vnusquisq; scd̄m professionē suam docendus est. Inspicienda
est uarietas personarum. Et quē quo quomodo erudias tracta; com
munia omnibus. Secreta perfectioribus loquere aperta cunctis.
operta paucis denuntia. Quędam enī plurimis quędam paucis sunt
disserenda. In omni tempore paratus esto ad instructionē. Nullum
tempus sit uacuum quod non ędifices. Nulla hora pretereat qua
doctrina studium non conferas. Aperte & constanter prędica. Nec
erubescas loqui quod nosti defendere. Quod de esse tibi scientię sentis
quęre ab aliis. Conlatione enī obtecta clarescunt conferendo difficilia
aperiuntur. DE CVRIOSITATE.

Nvlla aut̄ tibi sit curiositas scire latentia. Caue indagare quę
sunt a sensibus humanis remota. Pretermitte quasi secretum
Quod scripturę auctoritate non didicisti. nihil ultra quam scrip
tum est quęras. Nihil amplius perquiras quam diuinę litterae
prędicant. Scire non cupias quod scire non licet. Curiositas periculosa
presumptio est. Curiositas damnosa peritia est. In heresim prouocat.
In fabulas sacrilegas mentē precipitat. In causis obscuris reddet au
daces. In rebus inanis facit precipites. In disputatione aut̄ tolle certa
men. tolle pertinaciam. Vincendi defensionē cede. Cito ueritati